Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



figuli ⁊ frmges eos Et nunc reges intelligite erudimini qui iudicatis terram Servite dno in timore et exultate ei cum tremore Apprehendite disciplinam nequando irascatur dns et pereatis de via iusta Cum exarserit in breui ira eius bti omnes qui confidunt in eo Gla.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me multi insurgunt aduersum me Multi dicunt anime mee non est salus ipsi in deo eius Tu autem dne susceptor meus es gloria mea et exaltans caput meum Voce mea ad dnm clamaui et exaudiuit me de monte sancto suo Ego dormiui et soporatus sum et exsurrexi quia dns suscepit me Non timebo milia populi circumdantis me exurge dne saluum me fac deus meus Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa dentes peccatorum contriuisti Domini est salus et super populum tuum benedictio tua

Cum inuocarem exaudiuit me deus Psalm.

Iustitie mee in tribulacione dilatasti mihi Miserere mei et exaudi oratione meam Filii hominum usququo graui corde ut quid diligitis uanitatem et quaeritis mendacium Et scitote quoniam mirificauit dns sanctum suum dns exaudiet me cum clamauero ad eum Irascimini et nolite peccare que dicitis in cordibus uestris et in cubilibus uestris compungimini Sacrificate sacrificium iustitie et sperate in dno multi dicunt quis ostendit nobis bona Signatum est super nos lumen uultus tui dne dedisti letitiam in corde meo Fructus frumenti uini et olei sui multiplicati sunt In pace in idipsum dormiam et requiescam